Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36884
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

M.CCVIII. Liupoldus dux Austrie, et Stirie Signo Salutifero Dominice Crucis ..... insignitur. Philippus Imper. à Comite de Mittelspach /: Wittelspach :/ occisus est. ..... Otto Saxo adversus Fridericum generali favore Romanum Imperium adipiscitur.

M.CCVIIII. Otto Rex electus Romam petit ..... Principibus Alamanie comitantibus ..... à Domno Innocentio Apostolico pacifice et Secure in Imperatorem „Romanum" consecratur .....

M.CCX. Hoc anno ..... NB. Ex quibusdam Literis, et vocabulis nondum penitus corruptis colligitur, in autographo Fragmento mentionem hic fieri inundationis, ortæ ex abundantia pluviarum, quam Chronicon Mellicense in Hier. Pezij Scriptor. rerum Austriac Tomo I. pag. 237. hoc eodem anno contigisse narrat, sed alijs verbis. ..... Otto Imperator ablatis possessionibus, quibus Romana Ecclesia ..... dotata fuit, ab Innocentio Papa cum omnibus faventibus excomunicatus ē.

M.CCXI.

M.CCXII. Fridericus Rex Apulie, hortatu Innocentij Pape Apostolici, suum regnum relinquens in Teutonicas partes ingreditur, et a Saniore parte Principum germanorum, iterum Imperatore Ottone expulso in Regem Romanorum eligitur. Eclypsis Lune facta est III. Id. Novembris. Liupoldo Dux Austrie et Styrie audiens regnum Hispaniarum, et Arragonie cum finitimis regionibus multitudine Paganorum armis maritimis ..... laborare, in auxilium nomini Christiano proficiscitur .....